



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 127. Ducis Burgundiæ Oratores ad Synodum admissi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Pontifici quicquam Symbolo addendi potestas competat? Verum Julianus Cardinalis hanc controversiam opportuniori tempori reservandam censuit, iterum, iterumque obsecrans, ut ad *disputationem de Sancti Spiritus processione accederent, quod si, inquiebat ille, convenerimus in ea, quæ est de Spiritu Sancto, controversia, persuasum mihi est fore, ut etiam in aliis facile, pleneque conveniamus.*

## §. CXXVI.

*Sessio decima tertia Concilii Ferrariensis.*

Sessione XIII. die Jovis vigesima septima Novembris celebrata, Patres exce-  
perunt Legatos a Philippo bono Burgundia Duce ad Synodum missos, qui numero quatuor erant; scilicet Teruanensis, sive Morinensis, Cabillonensis, & Nivernensis Episcopi unacum Cisterciensium Abbate.

*Acta Conc.  
Flor. to. 13.  
p. 207.*

## §. CXXVII.

*Ducis Burgundia Oratores ad Synodum admisi.*

Verum parum absuit, quin importuna Oratorum morositas hucusque bene cæpta unionis negotia dissiparet; cum enim ad Synodi locum venissent, ac sum-

Sæcul. XV. mo Pontifici de more salutem dicerent,  
 A.C. 1428. atque ejus dexteram, & faciem deoscu-  
 lantes, assignatas sibi sedes occuparent.  
 Joannem Palæologum Imperatorem nul-  
 lo omnino reverentiæ signo honorabant.  
 Qua de re Imperator graviter offensus,  
 palam ac diserte profitebatur: *Nisi i-  
 terum Synodus conveniat, & Oratores Du-  
 cis accedant, mihi que debitum honorem de-  
 ferant, ut fieri solet Imperatoribus, non con-  
 plius conveniam, sed neque Synodus fiet.*  
 Verum Papa, operam suam sedulo ma-  
 vante Patriarcha Constantinopolitano,  
 componendæ hujus controversiæ arbi-  
 trum se præbuit, adegitque Legatos, ut  
 in proxima Sessione Imperatori debita  
 honoris obsequia se delaturos promitte-  
 rent.

## §. CXXVIII.

*Sessio decima quarta Ferrariensis  
Concilii.*

*Acta Conc.  
 Fior. to. 13.  
 Conc. Labb.  
 p. 297.*

Igitur Burgundiæ Ducis Oratores, qui  
 præcedenti Sessioni intererant, hæc  
 quoque quarta die Decembris celebra-  
 tam accedebant atque Imperatori, ut  
 promiserant, reverentiam suam exhibe-  
 bant, quamvis adversante nonnihil, ac  
 repugnante animo id fieri, compluribus  
 adstantium videretur. Quinimo & ipse  
 Imperator satis aperte idipsum animad-  
 verit